

magistris, qui palam sigillis suis comprobarunt,  
quae tota caterua improbauerat. Tandem quum  
seniorum illorum sigilla conspicerent, regium-  
que priuilegium, vel pudore fracti, vel quia se  
frustra conari & niti cernebant, deputatorum  
suorum calculo approbari passi sunt in aedibus  
bidelli sui. Solent enim ad subleuandam Facul-  
tatem, ut dicunt, quae non facile congregatur tam  
copiosa, (crescit enim in dies fucorum numerus)  
deputatos creare: & ut pecuniæ parcatur quae  
singulis congregatis distribuenda foret: tum ve-  
rò maxime ne adsint ij, quos probè norunt ap-  
probatores quod damnatum volunt. Iurant au-  
tem deputati se arcana celaturos, ne qua inter-  
cessio moram afferat. Ita fit ut decreta quantū-  
uis iniusta & barbara, à grege rerū inscio nul-  
la difficultate comprobentur: adde quod multi  
reluctante licet cōsciētia, ne synagoga priuētur,  
subscribere non dubitant. Illi, illi inquā, depu-  
tati sententiam pro sua libidine impunè ferunt  
contra innocentes, ignibus adiudicāt, iudicibus  
deferunt sententiā suā, nomine tamē Faculta-  
tis: cuius autoritate iudices contenti, nō vltra  
inquirunt. Ita innoxij & pij homines belluino